



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118294**

§. 242. Zischæ obitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

**Sæcul. XV.** præscium fuisse referunt, magis gloriosum  
**A.C. 1424.** vitæ suæ finem feligere haud potuisset,  


---

 quam quod sola illius Monarchæ, quem  
 Christianus Orbis omnium supremum ve-  
 nerabatur, & ipse octies in præliis devi-  
 cerat, clementia tandem se victum profi-  
 teretur.

## §. CCXLII.

*Zischæ obitus.*

*Æn. Sylv.  
hist. Boh.  
c. 46.*

Tanta auctoritate apud suos pollebat Zischæ, ut Hussitas non modo ad amplectendas, quas iniisset, pactiones, sed etiam ad fidem Cæsari repetito jure jurando obstringendam induceret. Dum vero ipfus se fidei suæ testem Sigismundo exhibere meditabatur, in itinere pestilentia correptus, sexta Octobris die hoc anno in castello Piscoviæ obiit, jure summos inter ævi sui Heroes numerandus. Militarem animum, quem fovebat, produnt extrema agonizantis Zischæ verba; ferunt enim, illum, cum a quodam, qui morienti assistebat, interrogaretur, ubinam corpus suum sepeliri vellet, jussisse: *Cadaveri meo pellem adimite, carnes volucribus ac feris obiectate, ex pelle tympanum facite, eoque sonante bella gerite; arripiant enim fugam hostes, quamprimum ejus tympani sonitum audient.*

## §. CCXLIII.